

## CIRCARIA SUEVIAE

„Almam Circariam Sueviae“ – sic nuncupaverunt fratres unionem suam saeculo XVII, et jure merito. Haec circaria semper fuit una ex florentissimis totius ordinis, una ex fortissimis columnis eius. Praeclaras habuit abbatias, grandes quad possesiones et aedificia, a numerosis communictatibus semper habitatas. Generatim bona floruerunt disciplina, zelo pro ordine flagrantes semper excellebant studiis et cultu scientiarum, et immo maior pars



earum fuit immediata et imperialis. Hoc vero dici potest tantum de Suevia proprie dicta. Non maius contrarium imaginari potest quam inter opulentissimas abbatias Sueviae et pauperculas canonias, in asperis montibus Helvetiae sitas, quorum aedificia erant exigua et parum spectabilia, et quae paucos tantum alere potuerunt religiosos.

Extenditur haec circaria super integras dioceses Constantiensem et Cu- riensem, Augustanam cis Licum, et ad tempus saltem Argentinensem. Politice hoc territorium hodie pertinet ad Württemberg, Bavariam, Baden, & Helvetiam. Olim vero in Suevia proprie dicta evolutio fuit sic, ut omnes fere nobiles, civitates et monasteria postremo habuerint independentiam plenam, immo gaudebant jure gladii, et ideo hae regiones divisae erant in innumera parva territoria. Ordo noster habuit in hac circaria sequentes abbatias sic dictas „imperiales“: Schussenried, Roth, Roggenburg, Weißnau, Ursberg, Obermarchtal. Reformatio saeculi XVI. quatuor tantum coenobia plane diremit: Rüthi, St. Jakob, Adelberg et Lauffen. Canoniae in Grisonia sita, a saeculo XVI languerunt nec potuerunt pristinum suum statum recuperare.

Fines circariae non semper fuerunt eadem. Abbatia Omnia Sanctorum primo quidem pertinuit ad Suevicam, sed a saeculo XIV usque ad XVI Vadegotianae fuit adnumerata, dein revertit ad Suevicam. Abbatia Steingadensis iam prius (saeculo XIII) mutaverat Suevicam cum Bavaria. Mox ambae circariae fuerunt coniunctae usque ad initium saeculi XVII. Eodem tempore, post interitum Circariae Burgundiae, Bellelay et Corneux adnumeratae sunt Suevicae anno 1657. Anno 1672 Corneolum, ut nimis distans, dimittitur, dum Bellelagia una cum filia sua Porta Coeli (iam antiquitus Suevicae addicta) circariae nostrae manserit fidelis usque in finem. Praepositura Hagenau initio quidem videtur pertinuisse ad Suevicam, postea vero per saecula ad Vadegotianam, et Suevicae eo tantum tempore nomen dedit, quo fuit abbatiae Allerheiligen unita, propterea non hic, sed apud Vadegotianam eam inserimus.

Initio omnes canoniae fuerunt praepositurae, sed saeculo XV iam omnes praeter Stum. Jacobum in abbatias erant evectae, immo minuscula ac pauper Porta Coeli. Omnes abbates gaudebant pontificalibus. Usque ad annum 1178 omnia monasteria fuerunt fundata tamquam vere duplia, ita adhuc Adelberg hoc ipso anno, non iam vero Schussenried anno 1183. Dislocatio monialium saeculis XIII et XIV paulatim est peracta, sed non ubique, in Ursberg satis sero; in Adelberg nonnisi anno 1476, tempore quo in ceteris domibus moniales iam erant extinctae. Parthenones generatim habuerunt bona propria.

Usque ad annum 1652 omnes religiosi nominati sunt „Fratres“, sicuti antiqua statuta praescribunt. Hoc anno vero decrevit capitulum provinciale Priorem et Suppriorem, anno 1684 vero omnes sacerdotes esse alloquendos

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

ut „Patiens“, quod decretum etiam in Circaria Bavariae in praxim est deditum.<sup>1</sup> Saeculo XVII circaria haec tendebat ad separationem a Praemonstrato et ad introductionem integri ritus romani, quod vero abbas generalis impedit anno 1654 et exinde postulavit, omnia decreta capitulo Sueviae suo beneplacito esse proponenda.

Haec circaria rigori ordinis – praesertim officio nocturno cum cantu et strictae paupertati – mansit fidelis usque in finem.

Cum anno 1802/03 per saecularisationem tota circaria esset suppressa, spiritus religiosorum erat optimus. Fuerunt abbates qui saecularisationi vi armata restiterunt, ac religiosi qui pensionem recusantes in monasteria austriaca refugerunt. Archiva et documenta, si non iam saeculis anteactis perierant, bene conservata sunt in Archivis status Monachii, Stuttgart, Karlsruhe, Chur et alibi.

In Suevia ipsa fere omnia aedificia antiquarum abbatiarum cum suis ecclesiis in bono statu subsistunt. Quia abbates simul exercabant potestatem civilem, illa sunt splendida ac magnifica nimis, pulcherrima exempla architecturae saeculorum XVII et XVIII. De medio aevo non multa supersunt.

Nuper ordo noster revertit in paeclaram canoniam Roggenburgensem.

## ADELBERG B.M.V et Sti. Ulrici<sup>1a</sup>

Mons Aquilae, -Aquilii. Vocabatur etiam Madelberg, Magdebercensis, propter quod – immo ab ipso Hugo – confusum est cum Magdeburg.

Inter Schorndorf et Göppingen, Württemberg. In ipso limite dioecesium Constantiensis et Augustanae, sed primae definitive addicta.

Volknandus de Staufen, cognatus Friderici Aenobarbae Imperatoris, hic fundavit circa annum 1171 monasterium Cisterciense, cuius monachi venirent probabiliter ex abbatia Schöntal. Qui vero paulo post, propter varias inconvenientias, locum hunc aridum et inaquosum iterum dereliquerunt. Volknandus dein – ante finem anni 1174 – adiit abbatem Rothensem O. Praem. ut fundationem perficeret, sed et ille religiosos suos mox retraxit, quia conditionibus quas exegit Volknandus, noluit consentire. Nimia enim jura advocationis ille sibi voluerat reservare. Tertia vice dein adiit abbatem Roggenburgensem, qui anno demum 1178 turbam religiosorum utriusque sexus misit,

<sup>1</sup> Quae designatio „Pater“, exiens a Societate Jesu, exinde facta est communis pro omnibus sacerdotibus regularibus in tota Germania.

<sup>1a</sup> Primitus patronus fuit Ulricus II episcopus Constantiensis († ca. 1140), postea vero Ulricus eps. Augustanus, magis notus (v. ZIEGLER, Die Gründer Adelbergs 83).

fundationemque versus annum 1181 perfecit. Ab initio monasterium, quod mox translatum est in locum meliorem, favore maximo gavisum est familiae de Hohenstaufen, cuius arx originalis fuit vicina, et qui advocatiam exercuit usque ad extinctionem suam. Cui secuta est ab anno 1291 domus Württemberg. Anno 1188 constructum est asceterium adiacens. Hic parthenon ultimi monasterii duplicitis in Germania anno demum 1476 translatus est in Lauffen. Anno 1202 consecratur ecclesia, anno 1361 vero combusta est canonia, quae an. 1442 fit abbatia, et quidem paulo post infulata. Possedit parochias Süßen (1267), Dürnau (1340), Uhingen (1302/33) cum filiali Betzgenried, Steinenberg 1234, Roßwälde, Zell 1304, Offingen 1313, quae omnes ab anno 1346 generatim serviri solebant a canoniciis; dein Heiningen (an. 1393 commutatum pro Kirchhausen), Weilheim a. d. Teck 1411, Schmidien, Oberwälde cum filiali Börtlingen (1284, administratae ab an. 1437); Hohenstaufen, Unterensingen et Hochdorf (omnes an. 1454 incorporatae). Abbas Leonardus Dürr annis 1490 et 1500 tamquam unus ex primis in Ordine fecit imprimi Argentorati brevia illius. Anno 1525 canonia a rusticis combusta est, et anno 1535 suppressa. Hoc tempore vixit canonicus eius Wilhelmus Ulin, professor Ingolstadii, unus ex primis hebraistis tempore humanismi. Anno 1548 restitutum est monasterium, in quo vixit abbas sine conventu. Anno 1556 denuo est suppressum. Anno 1629 restitutum et abbatiae Rothensi traditum, anno 1648 definitive suppressum est. Ultimus abbas Georgius Schönhainz in vanum conatus est, communitatem suam restaurare in Speinshart anno 1654. Adelberg fuit abhinc schola sub „abbatibus“ lutheranis absque conventu, usque ad annum 1807. Annis 1768 et 1813 maior pars aedium, in quantum adhuc steterant, destructa est. Supersunt capella Sti. Udalrici speciosa, epitaphia pulcherrima, et domus abbatis saec. XVIII.

De asceterio vide infra sub Lauffen.

Archivalium maior pars periit. StA Stuttgart A 469: 56 fasc. acta s. XVI/XVIII, 108 manualia S. XV/XIX. Duo copialia s. XII/XVI combusta sunt an. 1944 (regesta apud MÜLLER) – Württ. Landesbibl. Stuttgart: Hist. fol. 71, 2; 86, 162, 192, 308, 319, 1; 550, 582, 658, 999. Necrologium Hist. oct. 16b (ed. MGH Necr. I 143/44); O. GABELKOVER, Miscell. Historica II, Cod. Hist. 8, Nr. 166, ff. 334/40) – HStA München: 5 dipl. 1531/1781 – StB München: clm 15330 – BMun Nancy: MS 992/I, 14/62 –

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 50/54 – BAUSA 395 – BRACKMANN GP II, 1, 212 – DHGE I 524 – Form. Pr. Nr. 283 – GOOVAERTS I 220, 222, 241, 512, II 108, 156, 261, 375, III 43, 195 – HEYD II 46, III 22 – HHD VI 4 – HUGO I 122, prob. 81/83 – JbDG Phil. v. Schw. cf. ind. – JOHN Canons Prem. 359 – JL 144415 – Lettr. com. Jean XXII 40050, 40058 – Lettr. com. Urbain V 1202 – LThK I 95 – PETRUS 1/17 – RAMACKERS Urk. Nancy 130 – REC I/IV cf. ind. – RegImp V, VI 1, VI 2, VIII cf. ind. – Reichsreg. Karls V 6588 – RepGerm I 189, II 38, 61, 260, 925, IV 3 – SATTLER II 248/53 – SCHWAIGER 205 – SIEBMACHER 31 – SPECHT cf. ind. – STUMPF BRENTANO II 4323 – TAIEE Prémontré XX 124, 238 – TÜCHLE cf. ind. ind. – Urk. v. Akten cf. ind. –

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

VALVEKENS Vis. Can. I 41, 51 – WAEFELGHEM 1, 372 – WELLER Wttbg Urkb 283 – WUB II 216/17, 236 – ZAK PAM – Das Kloster Adelberg (Blätter des Welzheimer Waldvereins XXII 1962, 365/67) – Adelberg, eine Bilddokumentation zum Anlaß der 800 Jahrfeier 1178–1978, Adelb. 1978 – N. BACKMUND, ein Norbertusgedicht aus A. (Anal. Praem. XLIII 1967, 316/17) – BAYRHAMER (v. Roggenburg) 60, 86 – Beschreibung des Oberamts Schorndorf, Stuttgart 1851, 153/63 – C. BESOLD, Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducatu Wirtembergico sitorum, Tübingen 1636, I 1/120, II 1/67 – F. CLESS, Versuch einer kirchlich politischen Lands- und Culturgeschichte von Württemberg, Tübingen 1806/09, II 1, 191/93, II 2, 111/22 – M. CRUSIUS, Annales Suevici, Frankfurt 1596, deutsch von Moser 1738 I 599/600, 646/47 – A. DIEHL, Urkundenbuch von Eßlingen 2 voll., Stuttgart 1899/1905, cf. indd. IDEM, Die Gründungsgeschichte des Präm. Klosters A. (ZWLG VI 1942, 474/76) – J. FISCHER, Zur Archivgeschichte des Klosters A. (ibid. XXI 1972, 210/31) – H. GUNTER, Das Restitutionsedikt von 1631, Stuttgart 1901 – W. HADERTHAUER, Klöster im Mittelalter am Beispiel Adelbergs (Geschichte regional, Quellen und Texte aus dem Kreis Göppingen Heft 1, Gesch. u. Altertumsver. Göppingen 1980, pp. 49/55) – H. HUMMEL, Eine Adelberger Chorordnung, zugleich ein Beitrag zur Bibliotheksgeschichte des Klosters, (in: W. ZIEGLER, Adelberger Forschungen Bd. 1, Göppingen 1979/80) – IDEM, Ein Brevierdruck für die Abtei A. vom Jahr 1490 (Anal. Praem. LVI 1980, 205/28) – IDEM, Wandmalereien im Kreis Göppingen (Veröffentl. des Kreisarchivs Göppingen VI) Weissenhorn 1978 cf. ind. p. 130 – W. IRLENKAUF, Adelbergs kirchliche Feste im Mittelalter (Stauferland 1958 Nr. 2, et Alt-Württemberg 1965 Nr. 1) – K. H. JEUTTER, Die Grundherrschaft des Klosters A. (in: ZIEGLER, Adelberger Forschungen ut supra) – K. KIRSCHMER, Neue Forschungen über das Kloster A. (Stauferland, Heimatbeilage zur Göppinger Zeitung, Nr. 5 Okt. 1957) – IDEM, Chronik von A., Hundsholz und Nassach, Göppingen 1964 – H. KISSLING, Leonhard Dürr, der letzte Abt von A. (ibidem 1958, Nr. 4 u. 5) – E. KOHLER, Das Frauenkloster A. (ibidem 1956 Nr. 6) – IDEM, Das Kloster A. (in: J. ILLIG, Geschichte von Göppingen II., G. 1924) – H. KUEN, Collectio (v. Roggenburg) I cap. 6, 25 ff. – O. LINCK, Mönchtum und Klosterbauten Württembergs im Mittelalter 2a ed. Stuttgart 1953 – K. O. MÜLLER, Urkundenregesten des Klosters A. 1178–1536 (Veröff. der Württemberg. Archivverwaltung Heft 4, 1949) – N. MÜLLER, Kloster A. und seine Kunstschatze, Geschichte u. frühere Gestaltung, Schorndorf 1898 – B. ODEBRECHT, Kaiser Friedrich I und die Anfänge des Präm. Klosters A. (ZWLG VI 1941, 44/47, Vgl. R. REINHOLD, ibid. VII 1942 68/77) – W. PFEILSTICKER, Neues Württembergisches Dienerbuch, Stuttgart 1963, Par. 3259/71 – K. ROTHENHÄUSLER, Die Abteien Württembergs im Zeitalter der Reformation Stuttgart 1886, 81ff. – C. F. SATTLER, Geschichte des Hzms. Württemberg unter der Regierung der Grafen, 4 voll., Tübingen 1773/77 cf. ind. – N. SCHMID, Eine Fußwanderrung des Martin Crusius Pfingsten 1588 (WVJH 1918, 21/22) – G. STEINHAUSER, Die Klosterpolitik des Grafen von Württemberg bis z. Ende des 15. Jahrh. (StudMittOSB 1913, 201/04) – H. TÜCHLE, Die Pfarreien der Präm. Abtei A. (Festschrift Norbert Backmund 311–21) – J. ZELLER, Adelberg, das letzte schwäbische Doppelkloster 1178–1476, WVJH XXV NF 1916, 106/62 – W. ZIEGLER, Der Gründer Adelbergs (Staufer Forschungen im Stauferkreis Göppingen, Folge 10) Göpp. 1977 – IDEM, Adelberger Forschungen, Beiträge zur Geschichte und Kunst von Kloster und Gemeinde A. Bd. 1, Göppingen 1979

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## Series praesulum (Zeller)

### 1. Praepositi

Ulrich 1178–1216, 1232 (res.?)	Rudolph 1344/47
Konrad 1225, 1236	Burkard v. Hall 1349/51
Johannes 1251	Johann Rauch 1352/61
Bertholdus 1269, 1278/84	Johannes 1374 (idem?)
Ludwig 1274?	Konrad 1377
Wernher 1293/94	Heinrich 1380/87
Heinrich 1296/1309	Heinrich Grieß 1387–1414
Heinrich v. Heilbronn 1320/38 (idem ac praecedens?)	Berthold Nestlin 1414–23
Reinhard –1344	Albert 1423–34
	Rupert Goteler 1434–54, abbas 1442

### 2. Abbates

Diepold Lieher 1455–59, † 1466	Sedisvacantia 1538–47
Berthold Dürr 1461–90	Ludwig Wernher 1547–65
Berthold –1502 (idem?)	Georg Schönhainz 1629–48, † 1673
Leonhard Dürr 1502–38	

Inseri nequit: Burchardus abbas saec. XII vel XIII (Obit. Praem. 1. XII)

## ALLERHEILIGEN OO.SS.

Abbatia Omnium Sanctorum, Sanctorensis, Allenheylgen.

„In loco horroris et vastae solitudinis“ (LAIRUELZ 739). In extrema solitudine silvarum, abscondita in asperis montibus Silvae Nigrae prope Oppenau (Baden). Dioec. Straßburg, in cuius territorio et dominio fuit sita. Nunc archidioec. Freiburg.

Vitetur confusio cum abbatia eiusdem nominis, sed OSB, in civitate Schaffhausen (Helvetia).

Annus fundationis huius abbatiae exacte nescitur. Secundum traditionem vero fuit 1192. Instrumentum fundationis tamquam copia extat in diplomate confirmationis Henrici VI Imperatoris, quod anno 1196 est conscriptum. In eo legimus, abbatiam esse fundatam ab Uta de Schauenburg, et quidem „plantata ex Cella prope Herbipolim“, id est, Oberzell prope Würzburg – quod vero induxit auctores recentiores, supponere fundationem esse peractam a coetu quodam eremitarum in loco ignoto „Erbipoldszell“ in valle Renchtal. Quod omni fundamento caret. Mox vero paternitas transiit ad Marchthal, quod coenobium certe aliquo modo participavit in fundatione.

## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Circa annum 1250 canonica illa renuntiavit in ius paternitatis<sup>1</sup>, quod transiit exinde ad Praemonstratum. Filias genuit: Lorsch, Straßburg Allerheiligen et Hagenau. Ditatur a nobilibus regionis et ab episcopis Argentorati. Nullum habuit advocatum. Saeculo XV introducitur separatio mensarum, tamen disciplina generatim fuit bona. Parochias possedit sequentes: Nußbach, Oberkirch, Oppenau, Appenweier, Achern, Durbach, Ebersweier, ecclesiam in Peterstal, capellam castralem in Schauenburg et praesertim sanctuarium marianum in Lautenbach, ubi canonica exstruxit ecclesiam per pulchram. Fere omnia haec solebat a saeculo XIII canonicis suis administrare. Pluries conatus est conventus solitudinem suam silvestrem derelinquere per translationem in locum commodiorem, ita post incendium anni 1470 in Lautenbach, sed numquam successit, immo voto se putaverunt esse constrictos religiosi in loco permanendi, et revera ab anno 1484 intrantes obligati sunt ad iuramentum se numquam consentire in translationem qualemcumque canoniae. Versus finem saec. XVI episcopus lutheranus Argentoratensis studuit eam saecularizare, abbatia elanguit et proxima erat interitui. Sed abbates Circariae Sueviae, adiuvantibus Rudolfo II Imperatore et Joanne Lohelio abbe Stra-hoviensi, succurrerunt in adiutorium, impetraverunt ut bona monasterii jam confiscata redderentur, et communitas fere extincta revivisceret. In crisi religiosa illius epochae canonici Sanctorenses fidei catholicae manserunt fideles, ne unus quidem inventus est apostata inter illos. Anno demum 1657 evecta est in abbatiam. Status personalis: 1600: 3, 1653: 13, 1789: 19 et 1803: 29 canonici. Matutinum ultimis saeculis non cantabatur media nocte, sed mane hora quarta. Redditus annui 28 000 florenorum. Aedes monasterii semper manserunt plus quam modestae. Tamen celebris fuit eius schola, in qua educabantur circa 50 discipuli. studium theologicum domesticum attraxit confratres bavaros ex ordine. Episcopi Argentoratenses ex domo principum de Rohan saeculo XVIII vehementer oppresserunt abbatiam et jura illius. In revolutione gallica Seminarium Argentoratense aufugit ad Omnes Santos, Cardinalis Rohan an. 1792 studuit abbatiam incorporare tamquam commendam sueae mensae episcopali, sed frustra.

In suppressione anni 1803, a gubernio Badensi peracta, sors abbatiae erat tristissima. Bibliotheca venit in Karlsruhe et in Universitatem Heidelbergensem. Per pulchra ecclesia gothica profanata est an. 1812, altaria eius venerunt in Peterstal et in Kappelrodeck, unum vero una cum organo in Oppenau. Anno 1814 tota abbatia fulgure concremata est, dein ab anno 1816

<sup>1</sup> Id quod secum traxit etiam mutationem circariae. In catalogo Scheftlariensi (Vetus Registrumca. an. 1270) canonica nostra adscripta est Circariae Sueviae, in recentiori Catalogo 1320 vero Circ. Vadegotiae. A saeculo XVII autem iterum Sueviam est sectuta.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

maior pars claustrum deletum, et ecclesia versa est in ruinam. Quae hodie allicit permultos visitatores. In aede quae superest, est diversorum.

Archivalia: Generallandesarchiv Karlsruhe: 1674 diplomata 1196/1796. Abt. 34: Anniversarium saec. XVI (64); 30 copialia s. XVI/XVIII (67); 3 doc. s. XVIII/XIX (65); 122 fasc. literalia 1509/1832 (84) – Diöz. Archiv Freiburg: Ha 553/54: Copialia I et II, Privilegia, Restitutio 1660 – Ha 555: Decreta Capitulorum Ordinis 1601/48 – Ha 556: Diarium praepositi Norberti Hodapp 1640: 92 – Ha 557: Diaria prioratus 1760/76 – Ha 558: Glossarium ad diplomata – Ha 559/60: Renovatio votorum 1657/1802 – Ha 561: Necrologium fratrū 1217/1794 – BMun Nancy MS 991, ff. 235/42; 1006 ff. 169/71 – Cf. Anal. Praem. XII 97

Bibliographia: DHGE – GAMS Nekrologien I FDA XII 1878, pp. 231/34 – GOOVAERTS I 16, 58, 244, 245, 324, 353, 372, 392, 446, II 77, 143, 146, 194, 363, 386, III 156 – HUGO II 453/60, prob. 278/82 – KRIEGER I 36/40 – Kdm Baden (edd. M. WINGENROTH) VII 181/213, 214/65 – LAIRUELZ 405, 739 – LIENHARDT Eph. Hag. 58, 94 – PETRUS Suev. Eccl. 651/57 – PIETSCH 393 – POTTHAST 2110, 5572, 6939, 6951, 22121, 22137 – PRESSUTTI 645, 4204, 4227 – RAMACKERS Urk. Nancy 133 – REC cf. ind. – Reichsreg. Karls V, V 1801 – SCHANNAT I 142/51 – SCHMID Säk. Baden 99, pp. 192/96 – WAEFELGHEM 5, 372 – J. BADER, Frau Uta, Herzogin zu Schauenburg (Badenia I 1839) – H. BAIER, Zur Geschichte des Klosters A. Notitiae historicae de canonia Sanctorensi 1613 – 92 (FDA XLIII 1915, 201/56) – IDEM, Die zeitgeschichtlichen Aufzeichnungen des Propstes Norbert Hodapp von A. (ZGOrh LXXI 1917, 98/119) – H. BLOCH, Regesten der Bischöfe von Straßburg, Innsbruck 1908/28, cf. ind. – A. BLÖDT, Das Kloster A. von der Zeit seiner Gründung bis in die beginnende Neuzeit (Zulassungsarbeit Univ. Freiburg, phil. 1962. MS im Gen. Landesarch. Karlsruhe) – F. v. BÖCKH, Geschichte des Kurorts und Klosters A., Lahr 1879 – J. BÖRSIG, Geschichte des Oppenauer Tales, Karlsruhe 1951 – M. EIMER, Die Schwarzwaldklöster A., Reichenbach und Alpirsbach, Freudenstein 1930 – K. G. FECHT, Das Kloster A., Karlsruhe 1890 – H. HEID, A., Oberkirch 1936 et 1956 – IDEM, Die Marienkirche in Lauterbach (Badische Heimat XXXII 1952, 206/14) – IDEM, Von der Grabkapelle zur Marienkirche (ibid. LVII 1977, 263/73) – L. HEIZMANN, Das Präm. Kl. A., Oberkirch 1924 – D. KAUSS, Die mittelalterliche Pfarrorganisation in der Ortenau, Bühl 1970 – E. KREBS, Frau Uta, Herzogin zu Schauenburg (Die Ortenau, Sonderheft 1918, 38/62) – G. MAYER, Triumphierende Übersetzung zweier heiliger Leiber, der Blutzeugen Clemens und Bonifacius, welche im Stift A. begangen, Rastatt 1773 – H. M. PILLIN, Oberkirch, 1. Band, Lahr 1975 – K. RÖGELE, Säkularisation und Untergang des Klosters A. (FDA LV 1926, 326/74) – P. RUPPERT, Die Kirche zu Lautenbach im Renchtal (ibid. XXIV 1895, 273/90) – K. SACHS, Schicksal des Klosters A. und Mittelbadens während der Koalitionskriege (Die Ortenau XII 1925, 22/23; und XIV 1927, 27/44) – P. SCHMIDT THOME, Archäologische Untersuchungen im ehemal. Kloster A. (ibid. LVIII 1978, 342/47) – IDEM, Neue baugeschichtliche Ergebnisse zur Klosteranlage in A. (Protokoll 189 der Arbeitsgemeinschaft für geschichtl. Landeskunde am Oberrhein vom 9. 2. 1979) – F. J. SCHMITT, Die Bautätigkeit des Klosters A. im Schwarzwald (ZGOrh NF IX 1894, 274/83) – H. SCHNEIDER Geschichte des Klosters A. (Die Klöster der Ortenau, in: Die Ortenau 58, 1978, 274/83) – D. SCHÖPFLIN, Alsatia Diplomatica, Mannheim 1772/75 cf. ind. – K. STAATSMANN, Die Klosterkirche in A. und ihr Zustand im 13. und 16. Jahrh. – (Die Ortenau V 1914, 1/11) – W. WEISS, Gesch. des Dekanates und der Dekane des Ruralkapitels Offenburg, Heft 3, Of-

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

fenbg. 1893 – E. ZIMMERMANN, Die Klosterkirche von A. (Diss. Freiburg 1948, MS Univ. Bibl. ibidem).

## Series praesulum (Schneider)

### 1. Praepositi

Gerung 1192–1217	Georg Federle 1474–77
Walther von Westernach 1217–33	Johannes Magistri 1477–92
Heinrich v. Teck 1233–62	Petrus Burckhard 1492–1514
Konrad v. Schauenburg 1262–89	Heinrich Fehl 1514–31
Heinrich 1290–1319	Jakob von Horb 1531–35
Johannes Rohart v. Neuenstein 1319–50	Matthäus Baumgartner 1535–42
Eberhard 1350–62	Gregor Küffer 1542–50
Friedrich v. Schaffhausen 1362–69	Petrus Müller 1550–62
Hartlieb von Ranstein 1369–86	Martin Rothärmel 1562–65
Johannes v. Mühlheim 1386–1408	Martin Daucher 1565–72
Berthold Schoup v. Wickersheim 1408–1436	Jodokus Sebold 1572–89
Georg Groff 1435 <sup>2</sup>	Heinrich Schmid 1589–94
Cunmanus Lederholz 1436–40	Jakob Jehle 1594–95
Rulmann Dedinger 1440–65	Johannes Schüßler 1600–1601
Andreas Rohart v. Neuenstein 1465–74	Martin Dietrich 1601
	Paulus Klein 1601–13
	Laurentius Scheffler 1613–39
	Norbert Hodapp 1640–53

### 2. Abbates

Anastasius Schlecht 1653, 1657 ab-	Joachim Bahr 1718–46
bas, † 1691	Laurentius Schlecht 1746–56
Albertus Schleck 1691–99	Karl Pulser 1756–66
Joseph Seitz 1700–05	Felix Kemmerle 1766–97
Engelbert Matthis 1705–09	Wilhelm Fischer 1797–1803
Isfried Breßle 1709–18	

<sup>2</sup> Praepositus Georgius Groff, in omni serie praesulum absens, interest Concilio Basiliensi mense octobris 1435 (Acta edd. J. HALLER, Basel 1896/1927, III 551), mense novembris eiusdem anni eam adest Cunmannus.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## BEBENHAUSEN B. M. V.

prope Tübingen, Württemberg, Dioc. Konstanz.

Canonia fundata ab Hugone Palatino Tübingensi, fundatore etiam de Marchthal, circa annum 1187. Probabiliter filia de Marchthal. Sed fundator mutavit sensum, et iam anno 1189 adiit ordinem Cisterciensem, ut novam plantationem Bebenhausen acciperet. Quod et factum est. Fuit deinceps celebris abbatia illius ordinis, cuius aedes adhuc hodie multi admirantur.

Archivalia et Bibliographia ex integro referunt ad dictam abbatiam O. Cist., cuius originem Praemonstratensem per transennam tantum memorantur.

JANAUSCHEK I 191 – WAEFELGHEM 23 – WELLER Wtb KG 272 – WUB II 270 Nr. 466  
– K. PFAFF in Korrespondenzblatt V 1857, 66

## BERG SION SS. Cordis Jesu et B.M.V. Lauretana

Prope Uznach, parochia Gommiswald, in Helvetia. Dioc. Konstanz, nunc St. Gallen.

Monasterium sororum tertii ordinis regularis, ad instar illius Sti. Joseph in Veurne (Circaria Flandriae<sup>1</sup>) Parochus Jos. Helg fundavit anno 1754 ascerterium sororum OSB perpetuae adorationis in Glattburg. Anno 1762, aliiae sorores ex discordia ab hoc conventu se separantes, tenderunt in Montem Sion prope Uznach, ubi idem parochus eis novum monasterium construxit. Fundator hac vice elegit normam praemonstratensem. Anno 1766 abbas Sorethanus<sup>2</sup> primis tribus sororibus habitum dedit, et pecunia eis succurrit. Vita communis potuit incipere. Ecclesia est benedicta anno 1772. Abbas Sorethanus sorores invitavit ut ordini suo se aggregarent. Sed fundator eas immediate episcopo subdidit. Ideo abbates non amplius de hoc parthenone curaverunt. Anno 1778: 52 sorores. Filias genuit duas, unam in Monte Tabor, de quo hic infra, alteram Romae de quo infra apud Circariam Tusciae. Brevis fuit vita illarum. Parthenon Montis Sion autem omni saecularizationi superstes, anno 1897 a Capitulo Generali Ordinis legaliter est recognitus ut parthenon tertii ordinis regularis, et Curae R. D. Abbatis Teplensis est commendatus. Ideo meretur inseri in elenchum monasteriorum ordinis, etsi cum illo habeat nullam communicationem. Parthenon adhuc florens (45

<sup>1</sup> Vide infra II 428.

<sup>2</sup> Nikolaus Kloos, abbas in Schussenried 1756–75.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

sorores) regitur a superiorissa et colit perpetuam adorationem. Anno 1847 combustus est. Ab anno 1897 recipit hospites ad instaurandam valetudinem.

Bibliographia: GOOVAERTS IV 209 – HBL Schweiz VI 379 – Kunstdenkm. des Kantons St. Gallen V, bearb. v. B. ANDERES, Basel 1970, S. 4, 53 f., 74, 92 – MAYER II 530 ff. – MÜLINEN II 165 – WAEFELGHEM 38 – ZAK PAM 13 – J. v. ARX, Geschichten des Kantons St. Gallen (1810/13) III 608 – N. BACKMUND, Couvents de la Suisse Alémanique à la fin du XVIIIe siècle (Zschr SchKG 1952, pp. 204/17. Excerpta ex MS LESAGE) – P. EUGSTER, Die Entstehung des Klosters Berg Sion (Stift Tepler Vierteljahreshefte I 1, Tachau 1920. Unicus numerus huius periodici qui prodiit, scatet mendis) L. HORSTKÖTTER, Das Prämonstratenserinnenkloster Maria Loreto auf dem Berg Sion und seine Gebetsbruderschaft (Anal. Praem. LV 1979, 207/13) – J. RECK, 200 Jahre Kloster Berg Sion-Gommiswald, Uznach 1966 – J. WIDMER Geschichte der Gemeinde Gommiswald, S. 23 – IDEM, Das Prämonstratenserinnenkloster Berg Sion einst und jetzt, Uznach 1932

## BERG TABOR

Prope Jestetten, Baden, Dioec. Konstanz, nunc Freiburg

Anno 1774, duodecim sorores ex Monte Sion, una cum priorissa, colloca-tae sunt in castro prope Jestetten, satis ruinoso, a principe de Schwarzenberg in hunc finem dato. Anno 1778, sorores ex penuria ad quinque redactae sunt. Fundator parochus Helg construxit novam capellam, et emit domus et agros, quos non potuit solvere. Ideo non obstante adiutorio M. Gerbert abbatis Sti. Blasii, circa annum 1782 communitas est dissoluta, et sorores in Montem Sion sunt reversae. Annis 1802/04, in Monte Tabor habitaverunt PP. Redemptoristae duce Sto. Clemente Hofbauer.

Archivalia: GLA Karlsruhe, Akten Jestetten, conv. 14

Bibliographia: G. PFEILSCHIFTER, Korrespondenz des Fürstabtes Martin Gerbert von St. Blasien, Karlsruhe 1934, II 143, 144, 169, 319, 329, 501 – J. WIDMER Das... Berg Sion einst u. jetzt (v. supra)

## BOLLINGEN St. Nicolaus

Oberbollingen.

Gem. Jona, prope Rapperswyl juxta Lacum Turicensem (Zürichsee), Kanton St. Gallen, Dioc. Konstanz, nunc St. Gallen, Helvetia.

Parthenon, cuius vita brevis erat. Circa annum 1250 Rudolfus I comes de

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Rapperswyl fundavit hoc monasterium pro monialibus O. Cist, et donavit eis bona sua in Wurmsbach. Paulo post hae moniales sine licentia Stae. Sedis transierunt ad ordinem Praemonstratensem, et recognoverunt paternitatem abbatis Ruthinensis, cui comes anno 1229 patronatum in ecclesiam Bollingenensem cum pertinentiis donaverat. Forte Rüti primitus fuerat monasterium duplex – quod tamen authenticē probari nequit – et sorores primitus fuerant sectio feminea illius, sub cuius regula et tutela voluerunt reverti. Quidquid sit, fundator hanc mutationem aegre ferens, anno 1259 illis partem bonorum in Wurmsbach iterum abstraxit, tradens ea sororibus vicinis de Kilchberg, quae fuerant OSB vel absque regula, ea sub conditione, ut in Wurmsbach se transferrent et regulam Cisterciensium amplecterentur. Quod et fecerunt, et hac sub regula in vicino Wurmsbach asceterium floret usque in hodiernum diem. Moniales vero Bollingenses amare requestae sunt de fundatore suo apud Sanctam Sedem, sed iam anno 1263 enixe rogaverunt, ut in Ordinem Cisterciensem, primitus illis destinatum, iterum acciperentur. Anno 1267 parthenon Bollingensis fuit dissolutus, pars senior communitatis – id est, priorissa Adelheid cum novem monialibus – transiit at conventum Wurmsbensem. Bollingen vero mansit parochia abbatiae Ruthinensi incorporata. Superest ibi capella romanica asceterii.

Archivalia: In archivō asceterii Wurmsbach sunt diplomata papalia ex annis 1251/64.

Bibliographia: Fontes Ordinis nesciunt – HBL Schweiz II 296 – LARGIADER Papsturkunden II 360/62 – MÜLINEN II 139 – NÜSCHELER II 493 – POTTAST 14397, 26582 – REC I 2031, II – B. ANDERES, Kunstdenkmal d. Schweiz LIII, Kant. St. Gallen, Basel 966, 165/66 – F. ELSENER, Zisterzienserwirtschaft, Wüstung und Stadterweiterung am Beispiel Rapperswils, in: Festschrift für Eberhard Naujoks, Sigmaringen 1980, pp. 50ff. – A. HARDEGGER, Mariazell zu Wurmsbach. Neujahrsblatt des Hist. Vereins St. Gallen 1908, 9/11 – M. HERRGOTT, Genealogia diplomatica augustae gentis Habsburgicæ, Wien 1737, II 245, 295, 359, 401 – J. E. KOPP, Geschichte der eidge-nössischen Bünde, Leipzig 1847, II 342/44 – A. MARSCHALL, Blätter aus der Geschichte des Cistercienserinnenklosters Wurmsbach, Rapperswil 1928 – M. SCHNELL-MANN, Entstehung und Anfänge der Stadt Rapperswil, Altdorf 1926.

## CHUR St. Hilarius

In civitate Curiensi, sede episcopali in Grisonia (Helvetia).

Vetus ecclesia ad Stum. Hilarium, in rupe supra flumen Plessur non longe a Sto. Lucio sita, iam saeculo VIII. extitit. Sorores monasterii duplicitis ad Sanctum Lucium (vide sub sequenti) inter annos 1170 et 1208 huc fuerunt translatae. Loquuntur bullac hoc anno 1208 de „monialibus inclusis“-, et

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

paulo post de „Sororibus, quae in gravamine famis Deo ibi inserviunt“. Anno 1347 hoc tenue monasteriolum ultima vice memorant documenta, anno 1365 iam simplex est curia, ita ut probabiliter interea desierit. Bona illis Sti. Lucii fuerunt unita, qui frustra anno 1624 ea reclamavit. De capella Sti. Hilarii ultima vice fit mentio anno 1598. Hodie est curia quae pertinet ad seminarium episcopale Sti. Lucii, de antiquis aedificiis nihil superest.

Archivalia et Literatura: vide sub sequenti

## CHUR St. Lucius (et Andreas)

in civitate Curiensi, sede episcopali in Grisonia (Helvetia).

Praepositura, dein (1453) abbatia. Monasterium duplex (vide supra sub Sto. Hilario). Haud probabile est, hoc coenobium iam saeculo VI pro Benedictinis esse fundatum, ut quidam dicunt. Fieri potest, circa annum 800 aliquam communitem clericalem ibi extitisse, sed bulla anni 998, qua innui videtur, hic monasterium OSB sub tutela abbatiae Fabriensis (Pfäfers) fuisse, consideratur ut spuria. Crypta saeculi VIII adhuc existens vero probat, hoc sanctuarium esse pervetustum. Ante annum 1149 Conradus de Biberegg, Episcopus Curiensis, illud tradidit abbatiae Roggenburgensi, a familia sua fundatae, ad erigendam ibi canoniam ordinis.<sup>1</sup> Praeter Stum. Hilarium etiam asceterium Katzis ad tempus sub paternitate Sti. Lucii stetit. Filia: Churwalden. Anno 1154 tradita est ei cura xenodochii ad Stum. Martinum Curiae, postea etiam hospitalis ad Stum. Antonium ibidem. Parochiae incorporatae: Bendern, Haldenstein, Maladers, Sagens, Riein, Pitasch, Schleuis, Laax, Sennwald, Triesen, Mistail (ubi perantiqua domus canonissarum saecularium, emortua atque desolata, una cum curia et ecclesia in Prada Sto. Lucio an. 1154 fuit incorporata). Anno 1459 abbates sunt infulati. Anno 1526 ab haereticis suppressum, sed communitas vitam communem adhuc prosecuta est. Anno 1529 Theodulus Schlegel abbas ab haereticis propter fidem necatus est. Anno 1538 definitive est suppressum. Conventus aufugit in parochiam suam Bendern in principatu Liechtenstein. Anno 1624 redditur monasterium, non vero bona eius in Grisonia sita. Anno 1630 resumitur vita communis, de facto vero deinceps fuit prioratus Roggenburgensis. Anno 1688

<sup>1</sup> Anno 1149 canonici sub regula Sti. Augustini confirmantur, sed eos iam fuisse Praemonstratenses pro certo habere possumus. Annales Osterhovienses (MGH SS SS XVII 541) referunt, ecclesiam Sti. Lucii anno tandem 1160 Ordini Praemonstratensi fuisse adscriptam. Forsitan hoc tantum anno a Capitulo Generali ut domus sui juris est recognita.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

hic status a capitulo provinciali factus est legalis, sed titulus abbatialis Sti. Lucii omni tempore mansit. Cum vero canonia iterum aliqua bona esset adepta, facta est denuo sui juris anno 1717. Anno 1744 habuit 12 canonicos. Versus finem saeculi iterum declinavit, Disciplina adeo erat collapsa, ut Roggenburgenses nonnisi invite et reluctanter administrationem huius domus sint consecuti.<sup>2</sup> Postremo præter abbatem nemo erat in domo. Anno 1806 princeps de Liechtenstein etsi injuste, confiscavit bona canonicae in territorio suo sita (Bendern) Austria fecit idem in Tyrolo. Nunc abbas aedes et reliqua bona vendidit Seminario Curiensi in Meran degenti. Dein ad tempus Redemptoristae ibi fuerunt, sed anno 1808 Seminarium Curiense a Bavaris e Merano expulsum in aedibus Sti. Lucii definitive se stabilivit.

Archivalia: Perpauca, quae incendio anni 1811 fuerunt superstitia, sunt in Arch. Episcopali Curiensi.

Bibliographia: BRACKMANN GP II 2,98/101 – BRUSCHIUS Cent. 432 ff. – DHGE XIII 221 – EICHORN 317/22 – GAUDY 12, 13, 28, Abb. 1, 104 – GILLANDOU 12, 17, 96 – GOOVAERTS I 15, 140, 236, 276, 368, 403, II 48, 77, 109, 146, 147, 374, III 134, 184 – HBL Schweiz II 583 – HUGO II 103/12, prob. 65/71 – JL 10214 – Kunstdenkmal Schweiz, Kant. Graubünden II (edd. POESCHEL) 257ff. – LEU XII 310/12 – LThK II 958, IX 266 – LIENHARDT Eph. Hag. 26, 121, 204, Auct. 63 – MGH Ep. Sel. I cf. ind. – MÜLINEN I 209 – NÜSCHELER I 53 – POTTTHAST RPR 3089, 3402, 4913, 6693, 8472, 18151 – Reg. Imp. V cf. ind. XI 740 – Rep. Germ. I 198, 249, 254, 255, 258, II 1222 – SIEBMACHER 102 – SIEGWART 319 – STEFFENS/REINHARD III 177 – VENZIN 50, 75, 219, 224 – WAEFELGHEM 236 – WIRZ I 7, IV 287, V 239 – ZAK EOP 1929, p. 145 – BAYRAMER (v. Roggenburg) 82 et passim. – W. EMMAN, Die Luciuskirche in Chur (ZschrChr K VII 1895, 34/50, 363/84) – O. FARNER, Die Kirchenpatronin des Kantons Graubünden (Jahresb. d. Histor. Antiqu. Gesellsch. von Graubünden 1924, S. 98/104) – K. FRY, Abt Theodul Schlegel (ZschrSchwKG XXIV 1930, 62/68) – P. KAISER, Theodor Schlegel, Abt v. St. Luzi (Bündn. Mbl. 1856, Nr. 4) – J. G. MAYER, St. Luzi b. Chur, Geschichte des Klosters, der Kirche und des Seminars. Lindau 1876, 2. Aufl. Einsiedeln 1907 – I. MÜLLER, St. Adalgott († 1160) ein Schüler des hl. Bernhard und Reformbischof von Chur (ZschrSchwKG XXXVI 1960, fasc. 1/2, pp. 92/119) – E. POESCHEL, Zur Baugeschichte der Kathedrale und der Kirche St. Luzi in Chur (Anzeiger f. Schweiz. Altertumskunde XXXII 1930, 99/113) – R. STAUBLI, Zur Datierung von 2 Bullen des Papstes Innocenz III für die Präm. Klöster Churwalden und St. Luzi b. Chur (ZschrSchwKG XXXVI 1942, 140/52) STR – E. VALVEKENS, Abbas Theodulus Schlegel, in odium fidei occisus 1529 (Anal. Praem. XXXII 1956, 340/46) – O. VASSELLA, Abt Theodul Schlegel von Chur und seine Zeit (ZschrSchwKG, Beiheft 13, 1954) – B. VENZIN, 1500 Jahre Bistum Chur, Zürich 1950 (vide Anal. Praem. 1951, 62ff.) – 150 Jahre Priesterseminar Sti. Luzi b. Chur 1807–1957, Chur (1957).

<sup>2</sup> Vide F. TUSCHER, Das Reichsstift Roggenburg im 18. Jahrhundert, Weißenhorn 1976, pp. 147 ff. Etiam circa reliqua utile erit, archiva et bibliographiam illius abbatariae consultare.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## Series praesulum (Mayer)

### 1. Praepositi

Haimo 1149–56	Albert 1307/12
Vigilius 1156–1208	Andreas 1318
Konrad 1208–15	Konrad 1319/43
Reinold 1215/20	Nikolaus v. Angs 1347/50
Albert 1229	Jakob v. Nenzingen 1361/71
Heinrich 1231	Ulrich v. Mayerhofen 1384–1405
Johannes 1249/76	Theodorich 1405–12
Berthold 1281/90	Johannes 1412–32
Andreas 1295/99	Jodocus 1432–50
Berthold 1300/03	

### 2. Abbates

Johannes 1450–75	Jakob Rauch 1629
Leonhard 1475–97	Johannes Kopp 1639–61
Johann Walser 1497–1515	Florinus Zarn 1662–89
Theodul Schlegel 1515–29	Adalbert Rauscher 1694–1711
Bartholomaeus de Castelmur 1542/51	antea abb. in Roggenburg
(can. eccl. cath. Curiensis)	Hugo Lindfer 1713–17
Georg Feuerstein 1551–1560	Milo Rieger 1717–25
Christian Ganzmann 1560–73	Marianus Heiß 1725–31
Michael Paulinus 1573–..	Macarius Meßmer 1732–44
Johannes 15..–1576	Norbertus Kauffmann 1744–54
Hieronymus Huttler 1576–92	Augustin Leutter 1754–82
Matthaeus Agricola 1597–99	Nikolaus v. d. Flüe Gyr 1782–1806
Simon Maurer 1603/24	Inseri nequit: Tescelin 26.2 (Necr.
Georg Heinlin 1624–29	Marcheroux Anal. Praem. 1975, 131)

